Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

des. Et ego quasi tinea ephraym: et quasi
putredo domui iuda. Et vidit effraym
languorem suum: et iudas vinculum suum.
Et abiit effraym ad assur: et misit
ad regem ultorem: et ipse non poterit
salvare eos. nec solvere poterit a vobis
vinculum. Quoniam ego quasi leena effra
ym: et quasi catulus leonis domui iuda.
Ego ego capiam et vadam: et tollam:
et non est qui eruat. Vadens revertar
ad locum meum: donec deficiatis. et quera
tis faciem meam. Capitulum vi.
In tribulatione sua mane con
surgent ad me. Venite et re
vertamur ad dominum: quia ipse
cepit et sanabit nos: percutiet
et curabit nos. Vivificabit nos
post duos dies: in die tercia sus
citabit nos. Et vivemus in con
spectu eius. Sciemus sequemurque
ut cognoscamus dominum. Quasi
diluculum preparatus est egres
sus eius: et veniet quasi ymber
nobis temporaneus et serotinus
terre. Quid faciam tibi effraym:
Quid faciam tibi iuda: Miseri
cordia vestra quasi nubes matutina: et
quasi ros mane pertransiens. Propter hoc
dolavi in prophetis: et occidi eos in ver
bis oris mei: et iudicia tua quasi lux
egredientur. Quia misericordiam volui et non
sacrificium: et scientiam dei plus quam holo
causta. Ipsi autem sicut adam transgressi
sunt pactum: ibi prevaricati sunt in
me. Galaad civitas operantium ydo
lum. supplantata sanguine. et quasi fau
ces virorum latronum: particeps sacerdotum
in via interficientium pergentes de sychem:
quia scelus operati sunt. In domo israel
vidi horrendum: ibi fornicationes ef
fraym: Contaminatus est israel. Sed et
iuda pone messem tibi: cum convertero
captivitatem populi mei. Capitulum vii.
Cum sanare vellem israhel:
revelata est iniquitas e
phraym. et malitia sama
rie: quia operati sunt mendacium. Et
fur ingressus est: spolians latrunculus
foris: et ne forte dicant in cordibus su
is. omnem maliciam eorum me recorda
tum. Nunc circumdederunt eos adin
ventiones sue: coram facie mea fac
te sunt. In malitia sua letificaverunt re
gem: et in mendaciis suis principes. Omnes
adulterantes. quasi clybanus succensus
a coquente: quievit paululum civi
tas a commixtione fermenti: donec fer
mentaretur totum. Dies regis nostri.
ceperunt principes furere a vino: exten
dit manum suam cum illusoribus: quia
applicaverunt quasi clibanum cor suum.
cum insidiaretur eis. Tota nocte
dormivit coquens eos: mane ipse
succensus quasi ignis flamme. Omnes
calefacti sunt quasi clibanus: et devora
verunt iudices suos. Omnes reges
eorum ceciderunt: non est in eis qui cla
met ad me. Effraym in populis ipse com
miscebatur: effraym factus est subcin
ericius. qui non reversatur: comederunt
alieni robur eius: et ipse nescivit. Sed
et cani effusi sunt in eo: et ipse ignora
vit: et humiliabitur superbia israel in faci
e eius: nec reversi sunt ad dominum deum
suum: et non quesierunt eum in omnibus
hiis. Et factus est ephraym quasi columba
seducta. non habens cor. Egyptum invo
cabant: ad assyrios abierunt: et cum
profecti fuerint: expandam super eos
rete meum: quasi volucrem celi detraham
eos: cedam eos secundum auditionem
cetus eorum. Ve eis: quoniam recesserunt a me.
et vastabuntur: quia prevaricati sunt
in me: et ego redemi eos: et ipsi contra me